Quelle: https://manuscripta.at/?ID=851
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



eam. In die illa erit v. ciuitates in terra egypti loquentes in lingua chanaanea et iurantes per dominum exercituum. Ciuitas solis uocabitur una. In die illa erit altare domino in medio terre egypti et titulus domino iuxta terminum eius. Et erit in signum et testimonium domino exercituum in terra egypti. Clamabit enim ad dominum a facie affligentis et mittet eis saluatorem et propugnatorem qui liberet eos. Et cognoscet dominus ab egypto et cognoscent egyptii dominum in die illa et colent eum in holocaustis et muneribus et uotum uouebunt domino et soluent. Et percutiet dominus egypt plaga et sanabit eam. Et reuertentur egyptii ad dominum et placabitur eis et sanabit eos. In die illa erit via de egypto in assyrios et intrabit assyrius egypt et egypt in assyrios et seruiet egyptius assyrio. In die illa erit israel tertius egyptio et assyrio. Benedictio in medio terre cui benedixit dominus exercituum dicens. Benedictus populus meus egypti et opus manuum mearum assyrio. Hereditas autem mea israel.

XX

In anno quo ingressus est tartan in azotum cum missus esset sargon. et pugnasset rex assyriorum aduersus azotum et cepisset illam tempore illo locutus est dominus in manu ysaie filii amos. dicens. Vade et solue saccum de lumbis tuis. et calceamenta tua tolle de pedibus tuis. et fecit sic. uadens nudus et discalceatus. Et dixit dominus. Sicut abiuit seruus meus ysaias nudus et discalceatus tribus annis signum et portentum erit super egyptum et super ethyopiam. sic minabit rex assyriorum captiuitatem egypti et transmigrationem ethyopie iuuenes et senes nudos et discalceatos discooptis natibus ad dedecus egypti. Et timebunt et confundentur ab ethyopia spesua et ab egypto gloria sua. Et dicet habitator insulae huius in die illa. Ecce tanta est spes mea ad quos confugimus in auxilium ut liberemur a facie regis assyriorum. et quomodo effugiemus nos.

XXI

Onus deserti maris. Sicut turbines ab austro uenientes de deserto uenit de terra horribili. Visio du

ra nunciata est mihi. Ecce incedit proditor et fidelis agit et qui depredatores uastat. Ascende helam et obsidere medeba. cessare genitum eius cessare feci. propter repletus est lumbus meus dolore angustia possedit me. sicut angustia parturientis. Horruiscam audiens ebas. et conturbatus sum audiens uidem. emarcuit cor meum. tenebre stupefecerunt me. Babylon dilecta mea posita est in uiuiraclim. Pone mensam speculare speculam comedentes bibentes surgite principes accipite clypeum. Hec enim dixit dominus mihi. Vade et pone speculatorem et quecumque uiderit adnunciet. Et uidit currum duorum equitum ascendentem asinum et ascendentem camelum. Et intendit diligenter multo intentu et clamauit ut leo. Super speculam domine ego sum stans iugiter per diem et super custodiam meam ego sum stans totis noctibus. Ecce iste uenit uir ascendens biga equitum. Et respondit et dixit. Cecidit cecidit babylon et omnia sculptilia dei eius contrita est in terram. Tritura mea et filia areae meae quae audiui a domino exercituum deo israel annunciauit nobis. Onus dumae. Ad me clamat ex seyr. Custos quid de nocte custos quid de nocte. Dixit custos. Venit mane et nox. si quaeritis quaerite et iterum ueniite. Onus arabia. In saltu ad uesperam dormietis in semitis dodanim. Occurrentes sitienti ferte aquam. habitatores terre austri cum panibus occurrite fugienti. A facie enim gladii fugerunt. a facie gladii extenti. a facie grauis pelii. quia hec dixit dominus ad me. Adhuc in anno anno qui in anno mercenarii auferet gloria eius cedar et reliquiae numeri sagittarum fortium filiorum cedar imminuentur. Dominus israel locutus est.

XXII

Onus uallis uisionis. Quid nam tibi quia ascendisti tu omnis in tecta clamoris plena urbs fremens